



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

3. Executoria dilatio quae? quo fine danda? an locum habeat in realibus & criminalibus causis? An deliberatoriae probationes vim habeant? quibus concedendae? quoties? An omnes dilationes prorogari ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

sâ cognitâ concesserit. *L. in crimine ff. de adulterijs.* Cæterum cùm omnis dilatio probatoria sit peremptoria, ut dictû est, **DUBITABIS**, an infra terminum datum ad probandum debeat probatio absolvi, an verò facta, postquam dilatio probatoria expiravit, valeat? *Responsio*, pendet ex forma concessionis, dilationis, eâq; de re, vide *Pelsium in processu judiciar. h. t. 31. n. 65. & seq.*

3. Executoriæ dilationes sunt, quæ dantur condemnato ad satisfaciendum, & sunt

4. Mensium. *cap: querenti. de offic: deleg. L. 2.*

& 3. *C. de usuris, rei judic. L. si debitori ff. de*

jud: Hæ dilationes non habent locum in

realibus, neq; in criminalibus, nam in his

executio non differtur, nisi certis casibus

notatis *per Host: in sum: tit. de offic: deleg. §.*

qua jurisd. vers: quamvis. Veluti cùm Prin-

ceps jubet aliquem acri^o puniri: cùm mu-

lier prægnans damnatur ad mortem: cùm

damnatur servus ratiociniis obligatus:

cùm relegato assignanda est insula. **AD-**

DUNT his DD. aliam speciem dilationum

quas vocant deliberatorias, quæ dantur,

reo, ut viso libello actoris secum delibe-

rare possit, an litigare velit, vel non. Et

ideo,

ideo, si reus per literas citatorias plenè
instrui possit, veluti si libellus fuerit cita-
tioni insertus, non conceditur ei dilatio
ad deliberandum *cap: 2. h. t.* Dantur vero
de jure Novellarum 20. dies à die porre-
cti reo libelli actoris. *Authen: offeratur. C.*
de litis con. & aliquando plures pro distan-
tia locorum *cap. ult. h. t. cap. dilect. de procur.*
Quinimò, etiam iis exactis, pro varietate
eorum, quæ utrinque intra iudicii præpa-
ratoria agitata occurrunt; variisq; aliis
dilationibus locus esse potest: ut si reus
velit Judicem, ut suspectum recusare, et
probare esse talem: *L. amplissimi C. de iur.*
vel impugnare rescriptum, cuius vi ad in-
competentem Judicem citatus est, *l. 2. C. de iur.*
t. vel si velit actorem suum laudare. L. 2. C.
ubi in rem actio, vel demonstrationem re-
petitæ sibi fieri. *L. de pupillo. S. 1. ff. de nov. op.*
ris denunt. vel quid aliud simile: nam dilatio
ad unumquemq; actum judicialem de-
bitè peragendum, & ne quid præpropere
fiat, dari potest maior vel minor pro arbi-
trio Judicis: in quo spectanda cuiusq; con-
suetudo. **DIXI** deliberatorias dari reo
quia non actori dari debent, cum actor
instru-

instructus venire debeat. *L. 2. C. h. t. L. qui
 in alterius ff. de reg: jur.* nunquam enim da-
 tur dilatio ad id, quod quis instructus esse
 debet. *cap. litera. h. t. L. si quando C. h. t. cap. li-
 tera. de presumpt.* Controversum est: an, &
 quæ dilationes prorogari possint? Respon-
 det Gail: *1. obs: 11.* primam dilationem pro-
 batoriam prorogari non posse: quia super-
 sit secunda & tertia, & quia dilationes sint
 amputandæ. *L. 2. C. de temp: appell.* imò si
 in prima probatione multi testes produ-
 cti, & examinati fuerint, non esse dan-
 dam secundam & tertiam, docet *Gl: in cap:
 in causis. v. productionem h. t.* quia multitu-
 do testium refrænanda est. *cap. significave-
 runt de testib. Gail: cit. n. 2.* Similiter proro-
 gari possunt dilationes, quæ à iudice dan-
 tur veluti ad contestandam litem, ad re-
 spondendum libello actoris: imò facilius
 huiusmodi dilatio prorogari potest, quàm
 nova dari juxta *Gl. in fin: C. de ferijs.* dumòdò
 intra terminum dilatio petatur: aliàs eo
 lapso prorogari nequit: cum prorogatio
 aliud non sit, quàm dilationis labentis,
 nondum lapsæ, extensio *L. sed si manente ff.
 de precario. L. bonorum ff. rem ratam haberi.* Et
 ideò